AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 106r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



106

ctinuo subiec. Dico enim uobis. nisi habundauerit iustitia uestra plusquam scribarum
et pharisei non intrabitis in regnum celorum. Illi certe scribe et pharisei qui cathe
dram moysi sedent. et de quibus ait. Que dicit facite. quae faciunt facere nolite.
Dicunt enim sed non faciunt. Docent sermonibus. quod soluunt moribus. Consequens est
ut quisquis minimus erit in regno celorum qualis nec erit ecclesia non intret in regnum celorum
qualis tunc erit ecclesia. quo docendo quod soluit ad eorum societatem qui faciunt
quod docent non pertinebit. Et idcirco non erit in numero piscium magnorum. quo quisque fe
cerit et docuerit magnus uocabitur in regno celorum. Et quia hic magnus erit.
ideo ibi erit ubi minimus ille non erit. Usque adeo quippe ibi magni erunt.
ut quisque ibi minor est maior sit eo quod hic nemo maior est. Sed tamen qui hic mag
nus est. i. qui in regno celorum ubi sagena egregat bonos et malos faciunt bona
quae docent. ipsi erit in illa regni celorum eminentiae maiores. quos isti adder
terram. et ad resurrectionem utique pertinentes indicant pisces. Sequitur de pran
dio dni cum istis septem discipulis. et de his quae post prandium locutus est. ac
de ipsius euangelii terminatione dicendum quod donauerit disseramus. si hoc non est isto
sermone coartandum. Ca. e. cc. xl. iii. Sermo cxxiii. de eo quod dicit
Ihesus uenite prandete usque ad id quod ait. hoc autem duo significans quod
HEO QUOD TERCIO DNS POST morte clarificatus esset dn.
resurrectione manifestauit se discipulis suis. beatus iohannes apli eu
angelium terminat. in qua iam pertractauimus ut ualuimus parte ponere usque ad
eum locum ubi narratum est captos fuisse pisces centum quinquaginta tres.
ad discipulis quibus se demonstrauit. Cum magni essent retia non esse disrupta.
Deinde quae secum considerandum est. et quantum adiuuat dns sic res postula
re uidebitur differenda. Facta quippe illa piscatione. dum eis ibi. Venite
prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare tu quis es. scientes
quia dns est. Si quidem sciebant. quod opus erat ut interrogarent. Si autem non opus erat.
quare dictum est non audebant quasi opus esset. sed timore aliquo non auderent.
Sensus quidem hic est. Tanta erat euidentia ueritatis. quae ibi ullis discipulis ap
parebat ut eos non solum negare. sed nec dubitare quidem ullus auderet. quo
sicquisquam dubitaret utique interrogare deberet. Sic quidem dictum est. nemo au
debat interrogare tu quis es. acsi diceretur. nemo audebat dubitare quod
ipse esset. Et uenit ibi et accepit panem et dat eis. et piscem similiter. Ecce
dictum est etiam quod prandierint. De eo quod prandio aliquid suauae ac salubre
dicemus et nos. si pascat et nos. Superius narratum est. quod isti discipuli quando
descenderi terram uiderit prunas positas et piscem suppositum et panem.
ubi non est intelligendum etiam panem suppositum prunis. sed tantum sub
audiendum uiderunt. Quod uerbum si repetamus eo loco ubi sub audien
dum est ita totum dici potest. uiderit prunas positas et piscem suppositum.
et panem uiderit. Vel ita poci. uiderit prunas positas et piscem suppositum.